

50 FRAN. PETRARCH.

spectante Roscio, & sequitur huius dicti
ratio: quis enim sese commouere potest,
cuius ille vitia non videat, hic sibi conti-
tigit, & ut nomen ingens, & largas operas
quæreret, nec vulgo solum, sed clarissi-
mis viris ac principibus ciuitatis accep-
tus foret, præcipueque Ciceroni, cui tam
familiariter notus fuit, ut cum Cicero ae-
cusatum publico iudicio defenderet.
Constat præterea, ut in Saturnalibus scri-
ptum est, contendere Ciceronem soli-
tum cum Roscio, utrum ille sæpè can-
dem sententiam variis gestibus efficeret,
an ipse eloquentiae copiam diuerso ser-
mone pronunciaret. Quæ res ad hanc
fiduciam Rosciū attraxit, ut librum
conscriberet, quo eloquentiam cum hi-
strionia compararet, hinc scilicet motus,
quod altera vocis sono, altera corporis
motu latentes affectus animi, diuersa qui-
dem via, sed pari repræsentare videatur
industria. Hic est Roscius ille, qui inter
ceteros magni nominis L. Syllæ charis-
simus, & ab eodem Dictatore anulo au-
geo donatur, tanta deniq; (ut Macrobius
ait) fuit gratia & gloria, ut mercedem di-
urnam, de publico mille denarios, sine
gregalibus solum acciperet.

AE 30-